



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Coadjutor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

procuratoribus, & in c. Ecclesia vestra, il 3.  
de elect. Cape. Tolos. q. 427.

Duodecimò, an citatus ad omnes &  
singulos actus, usque ad sententiam in-  
clusivè sufficiat, & parte non compa-  
rente, possit contra eum actitari, & len-  
tentia ferri, etiamsi comparuerit lemel,  
Gen. in c. fin. vers. item secundus, de dolo  
& contum. lib. 6. dicit quòd sic, ex Inn.  
Lupo, & aliis communiter in c. 1 de elect.  
lib. 6.

Decimotertiò, an citatus ut compare-  
at personaliter, possit comparere per pro-  
curatorem, vide infra in ver. procura-  
tor, §. 9. & cap. 1. de jud. lib. 6.

### COADJUTOR.

**C**Oadjutor quando dandus sit Episco-  
po: vide c. unicum de cler. agrot. lib. 6.  
& an possit conferre beneficia? vide Sel-  
vam tract. de benef. 2. par. quæst. 4. per  
totum, Gimon. de expect. c. 1. n. 48. quam  
habeat auctoritatem, vide Oldrad. conf.  
44. Sylv. in summa, in ver. coadjutor,  
quando dandus sit parocho, vide in ver.  
parochia, §. 7. & Dyn. in c. 1. num. 46. de  
reg. jur. lib. 6.

### CONTUMACIA.

**P**rimò, qui dicantur veri, vel eviden-  
ter, vel interpretativi contumaces, vi-  
de Glos. in Clem. fin. in ver. manifeſte, de  
dol. & contu. Marant. 6. p. mēb. 2. per totū.

Secundò, quando debeat accusari pri-  
ma, & ultima contumacia, vide eund.  
ibid. n. 1. & memb. 1. n. 67.

Tertio, contumacis quæ sint poenæ,  
vide ibid. n. 9. & infra, ubi dicit esse tertiam

partem mobilium contumacis in causis  
criminalibus, ibi, n. 2. 4. Foller. pract. crim.  
tit. banniantur, n. 40. & infra. Afflct. in  
constit. privilegia, n. 5. sed glos. magna, in  
cap. 1. de dolo & contum. lib. 6. dicit hanc  
poenam esse arbitriam, & sic Marant.  
ubi supr. dicit obseruandam diversarum  
Curiarum consuetudinem (intellige juri,  
& rationi consonam) & Inn. in c. de cau-  
sis, num. 7. de offic. deleg. ait contumaci-  
bus non esse impositam poenam aliquam  
sed condemnatis, & vide Iser. tit. infra  
in ver. poena, num. 7.

Quartò contumaces per Bullam Pii V.  
quæst. 15. & aliam quæ est 117. quæ incipit  
Dudum in statu Ecclesiastico: si per annū  
sic contumaces steterint, non admittun-  
tur ad defensiones, sed condemnantur  
ad poenam, etiam ultimi supplicii, & ita  
audivi practicari in facto.

Quintò, contumaces tam in civilibus,  
quam in criminalibus, quando executio  
realis, vel personalis haberi potest, non  
sunt aliquo censuræ ecclesiastice vinculo  
innodandi, sed aliis penis, & multis cor-  
rigendi, Conc. Trid. sess. 25. c. 3. §. in cau-  
sis verò, de reform. cap. tua. & ibi glos. ut lute  
non contest. cap. contingit, & ibi gloss. in  
vers. non potest, de dolo & contum.

Sextò, licet regulariter contumax ha-  
beatur pro præsenti in omnibus, & sin-  
gulis actis, ut patet juribus vulgatis, ta-  
men citandus est ad diffinitivam, Bal. in  
marg. Innoc. in verbo contumax, & citat.  
Innoc. in cap. nostri, de elec.

Septimò, quando excusat ob ali-  
quod impedimentum, vide Marant. ubi  
supr. & l. contumacia ff. de re judic. Af-  
flct. de c. 29. ubi dicit, quòd debet re-  
inten-